

Quoties hoc facitis, expiatis animas, & sacrificatis Deo pro peccatis &c. Conf. Heb. 9. 25. & s. c. 10. 3. 4. 14. Nec obstat quòd ante in præfenti dictum fuit, **HOC EST corpus, sanguis, quod DATUR, FUNDITUR pro vobis**: quasi præfens sacramentalis fusio pro peccatis ideo intelligenda sit. Quia notum est, præfentia usitatissimè poni pro futuris: 2. Tim. 4. 6. Ego jam labor &c. & cum aliàs, tum hoc loco patet perpetuam de morte in cruce sustinendâ concionem fuisse. Conf. Matt. 26. 2. 24. Heb. 9. 28. &c.

Manet igitur, in actione eœnæ non sacrificium propriè esse propiciatorium, sed manducationem de sacrificio. SACRIFICIUM autem dici 1. commemorativè, sicut & panis dicitur esse corpus: 2. synecdochicè, quatenus cum hac actione conjungitur etiam sacrificium eucharisticum, quo & nos ipsos offerimus mortificandos ad vitam

pro